

Explicit explanatio ecclesie septem.

Incipit ecclesia septima in libro secundo.

Angelo laodicee ecclesie scribe. Hec dicit testis fidelis et uerus. qui est principium creature dei. non ui opa tua quia neque frigidus neque calidus es. Utinam frigidus esses aut calidus sed quoniam tepidus es et non calidus neque frigidus. incipiam te euomere ex ore meo. quoniam dicitis diues sum et locupletatus et nichil egeo. Et nescis quia tu es miser. et miserabilis. et cecus. et pauper. et nudus. Consilium do tibi ut emas a me aurum igne probatum. ut diues sis et locupleteris. et uestimenta alba induaris. ne appareat turpitudine nuditatis tue. Et collirio munge oculos tuos ut uideas. Ego quos a

mo anguo et castigo. emulare ergo et age penitentiam. Ecce sto ad ostium et pulso. si quis audierit uocem meam et aperit ostium introibo ad illum et cenabo cum illo et ille mecum. Quia uincit dabo illi sedere mecum in sede mea. Et ui habet aures audiendi audiatur. quid spiritus dicit ecclesiis. Explicit hystoria ecclesie septime.

Incipit explanatio supradicte hystorie ecclesie in libro secundo.

Angelo laodicee ecclesie scribe. Hec dicit testis fidelis et uerus qui est principium creature dei. Non ui opa tua quia neque frigidus es neque feruens sed quoniam tepidus es.

